

Nova litteraria

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **BookReview**

Zeitschrift: **Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum**

Band (Jahr): - **(1752)**

Heft 25

PDF erstellt am: **22.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

NOVA LITTERARIA.

TURICUM. Hic publice propositæ sunt Disser-
tationes scholasticæ sequentes:

1. Dissertatio Physica de Petrificationum Diffe-
rentiis & varia origine: quam Præsede JOHAN-
NE GESNERO, *M. D. Phys. & Math. P. O. Va-*
riarum Soc. Membro, publice defendebant VI. Cand.
1752. 4. pl. 6½. Post commendationem Stu-
dii Lithologici & Petrificationum Definitionem,
eorum Differentiæ quoad materiam & varias mu-
tationum vices declarantur: quid a Graptolithis &
Cerauniis distent ostenditur: Petrificata non esse
meros Naturæ lusus evincitur 1.) e fabrica par-
tium, 2.) e vitiis Testarum, 3.) ex partium mi-
scela: Hinc duæ præcipuæ constituuntur Petrifi-
cationum Classes pro differentia Corporis cujus
exemplum referunt, quarum singulæ deinceps in
Classes inferiores dispescuntur. Tandem subjici-
untur Propositiones de Petrificationum origine va-
ria.

2. Dissertatio de Crimine Hæretificationis, ejus
Causis & Remediis. Pars I. Quam Præsede JO-
JACOBO ZIMMERMANNO, *S. Theol. Prof. &c.*
publice defenderunt VII. Cand. ad. d. April. 1752.
4. pl. 5. Cel. Auctor ante omnia exponit quo
consilio hoc argumentum scholasticis quibusdam
Dissertationibus excutiendum fuerit aggressus: De-
inde X. rationes seu dubia in medium afferuntur,
quibus nonnulli hujus argumenti tractationem tan-
quam inutilem, aut periculosam & noxiam sugil-
lare student; quæ vero deinceps ordine refellun-
tur.

tur. Posthæc quid Hæretificationis & Hæreseos nomine intelligat exponit. Tandem funestissimi hujus furoris fructus recensentur.

3. Disertatio Theologica de Usu Doctrinæ Christianæ ad Praxin Pietatis: Præsiede V. Cl. JO. JACOBO LAVATERO, S. Theol. Prof. Respondente Henrico Eschero, V. D. M. Assumente Felice Hofmistero, S. M. Cand. Postridie Synodi Vernalis. 1752. 4. Summa tractationis capita hujusmodi sunt: §. I. Introitus ad tractationem. §. II. Tractationis argumentum. §. III. Duæ Partes Religionis. §. IV. Illarum inter se nexus. §. V. Cognitio Dei est etiam Veritatum revelatarum. §. VI. Cognitio Dei tota ad Pietatem tendit. §. VII. Veræ Religionis nota ex Usu Doctrinæ ad Praxin Pietatis, §. VIII. qua Nota Doctrina Christiana gaudet. §. IX. Duum generum Veritates in Christiana Doctrina. §. X. Veritates Natura de Deo cognitæ basis & fundamentum Religionis. §. XI. Christianæ Doctrinæ usus ad Praxin Pietatis ex his Veritatibus demonstratus. §. XII. Quod confirmatur exemplo Doctrinæ de Providentia Dei. §. XIII. Mysteria in Christiana Doctrina. §. XIV. Cur Veritates quædam in Christiana Doctrina Mysteria vocentur? §. XV. Respondetur ad Objectionem. §. XVI. Mysteria Christianæ Doctrinæ sunt Pietatis mysteria, quod §. XVII. ex argumento illorum ostenditur. §. XVIII. Nota Articulorum fundamentalium & non fundamentalium. §. XIX. Momentum & Usus Doctrinæ de Immortalitate Animorum & de præmiis atque pœnis in futuro Sæculo. §. XX. Hujus veritatis confirmatio & illustratio per Christianam Doctrinam.

II. Pro-

II. Prodiit hic quoque Litteris Gessnerianis :
Denkmahl der Liebe und Freundschaft bey dem
Grabe Herrn Heinrich Hesse / St. Theol. Stud.
aufgerichtet von Joh. Caspar Ulrich / Pfarrer
beym Frau-Münster. 4. pl. 3½.

2. Idem Gessnerus nobis dedit: Kurze Anmer-
kungen über die Leiden Jesu an dem hohen Ver-
söhnungs-Tag. Samt einem Versuch, die
Schwierigkeit, die sich in Ansehung der Creuzi-
gungs-Stunde des Heylandes findet, aufzulösen.
Auf Begehren Guter Freunden herausgegeben von
J. Caspar Ulrich / Pfr. zum Frau-Münster.
Zürich. 1752. 4. pl. 30. Visum est Ven.
Auctori sacras has Meditationes inscriptione ac
forma VI. Epistolarum ad Amicum induere ac
concludere: quibus septima adjicitur, quæ Hi-
storiam Passionum dulcissimi Soteris per Tabulas
harmonice dispositas repræsentat ex mente Vener.
Abbatis BENGELII. In definiendo condemnatio-
nis ac supplicii Jesu Christi tempore eam præfert
conciliandi rationem, quæ S. *Marcum* in suppu-
tandis ac numerandis Horis, Judæorum, S. vero
Joannem Romanorum calculum sequi sumit. Tan-
ta profecto hujus disensionis difficultas est, ut
maximorum hætenus Virorum conatus eluserit
sefelleritque: cum quisque eam opinionem præfe-
rat, non quæ ex asse satisfaciat, sed quæ mino-
ribus incommodis videatur esse obnoxia. At om-
nes fere, quas Viri docti defenderunt opiniones
ac conjecturæ duplici laborare vitio videntur: Tum
quod meris nitantur Hypothesibus, in quibus an-
tiquitatis consensum & Historiæ fidem jure meri-
to desideraveris. Tum quod plerique verbis Jo-

annis non satisfaciunt Interpretes, nec qua de caussa temporis injecerit mentionem definire facile possunt.

3. Elegantissimum Carmen Epicum nobis dedit idem Gessnerus sub titulo simplici: *Der Noah. In zwölf Gesängen. Zürich. 1752.*

4. pl. 51. Tria hæc ætas nostra nobis dedit Carmina epica, quæ tribus antiquorum *Iliadi, Odysseæ & Æneidi* ob argumenti gravitatem longe anteferre, ob compositionis artem & facundiam adjungere nulli dubitamus: Etenim MILTON, BODMERUS & KLOPSTOCK tres præcipuas & memoria dignissimas Historiæ Mundi & Religionis Epochas, Humani Generis Lapsus, Novi Terrarum Orbis instaurationem & Salutem per Messiam partam sacris carminibus digne canunt celebrantque. Quos sacrae Poeseos Mystras *Musa vetat mori.*

III. Heideggeriano prælo exscripta sunt:

I. SIGISM. LUDOVICI LERBER, *Prof. J. N. & Civ. in Acad. Bernens.* de Legis Naturalis Summa Liber singularis. Tiguri. 1752. 4. pl. 11. Novam prorsus Clariss. Auctor illustrandæ Legis Naturalis instituit viam, in qua facem sibi sequendam esse rectissime statuit, quam nobis in univërsa Philosophia Morali Veteres nonnulli & in primis *Aristoteles* accenderunt. Univerfus iste Libellus, qui præmorsos ungues sapit & sua perspicuitate ac doctrinæ evidentia, nec non stili gratia ac puritate mirifice se commendat, his absolvitur capitibus. Cap. I. De Lege Naturali generatim. Cap. II. De Natura generatim. Cap.

III.

III. De rerum Finibus generatim. Cap. IV. De Summo Mundi Fine. Cap. V. De singularibus Hominis Finibus generatim. Cap. VI. De Vita Hominis. Cap. VII. De Finium in Homine Harmonia. Cap. VIII. De Vita beata generatim. Cap. IX. De Sui Sensu. Cap. X. De recto Sui Ufu. Cap. XI. De hominis Felicitate, sive primo nostro Fine speciatim. Cap. XII. De Mundi administratione, sive secundo nostro Fine speciatim. Cap. XIII. De Dei Cultu, sive tertio nostro Fine speciatim. Cap. XIV. De Natura Hominis speciatim. Cap. XV. De Legis Naturalis Summa. Docet autem Nobiliss. Auctor, quum ea sit virium Animi ac Corporis nostrarum constitutio, ut Homo Finem suum, puta Felicitatem, assequi non possit, nisi per rectum Sui Usus, LEGEM NATURALEM (quæ nonnisi una censenda sit) hoc uno Præcepto totam contineri; *ut unusquisque Seipso recte semper utatur*: adeoque SUMMAM hujus Legis ad hæc verba revocari posse: *Ita semper agendum est, ut, per nos quoque, Rerum, quæ sunt, omnium Fines perpetuo serventur.*

2. Auszug der Historie alter Zeiten und Völker des Herrn Rollin; Aus dem Französischen des Herrn Abts Tailhie übersetzt. Zweyter Theil. Zürich. 1752. 8. pl. 33.

3. Joh. Fried. Stapffers Grundlegung zur wahren Religion. Fünftter Theil. Zürich. 1752. 8. pl. 47. Vener. Auctor hoc volumine quam diligentissime explicat ac in clara luce ponit gravissima themata Cap. XXVIII. de Sacramentis in genere. Cap. XXIX. De S. Baptismate. Cap. XXX. De S. Cœna. Cap. XXXI. De Magistra

tu. Cap. XXXII. De ultimis Hominis, Morte
 scil. Resurrectione, Extremo Judicio & Vita ac
 Morte æterna. Quas Vir Vener. movet circa
 Naturam ac indolem Sacramentorum Quæstiones
 in meram Logomachiam abire mihi quidem vi-
 dentur; quod tamen præfiscine dixerim. Si Sa-
 cramenta spectantur tanquam Sigilla promissionem
 Evangelii generatim confirmantia, illa omnino ad
 omnes pertinent, quibus verbum Evangelii an-
 nunciatur: quanquam non omnibus & singulis,
 quibus Evangelium annunciatur, Bona sub con-
 ditione Fidei promissa ipso actu obliquentur aut
 conferantur. Quod si promissio Evangelii absoluta
 esset, tum quidem Sacramenta omnibus & singu-
 lis, quibus illud annunciatur, bona promissa ob-
 signarent: atque tunc Sacramenta universis & sin-
 gulis etiam *Sigilla* essent, quibus quisque apud
 animum suum certus redderetur, Salutem pro-
 missam ad se pertinere. Quandoquidem vero
 promissio Evangelii conditionata est, *Qui credit*
salvabitur: quanquam fides & certitudo hujus pro-
 missionis Sacramentis tanquam *Sigillis* sit commu-
 nita; promiscuus tamen usus externi Symboli seu
 Sacramenti per se non eam vim habet, ut homi-
 nes possit promissæ Salutis certos reddere: neque
 proin eo sensu Pignoris virtutem obtinent. Sa-
 cramenta Ecclesiæ Christianæ tanquam promo-
 vendæ Salutis Subsidia data sunt: atqui non om-
 nes qui se huic Societati sacræ adjungunt, Salu-
 tem consequuntur, ergo non omnibus quibus
 Sacramenta, iis quoque Sigilla sunt, Salutem ob-
 signantia. Si quis vero Sacramenta spectet tan-
 quam ad solos credentes pertinentia, ita ut Sacra-
 mentum externum, ab impiis aut incredulis usur-
 patum,

patum, nullo modo Sacramentum dici velit: tunc omnino sequitur, Sacramenta in universum omnibus, quibus Sacramenta sunt, iisdem quoque esse Sigilla, atque hæc duo vocabula æque late patere, & Sigilli notionem, hoc sensu acceptam, necessario includi in notione Sacramenti. Sed tunc omnis Dissensus versatur in vocabulo *Sacramenti* diverso modo accepto; quum in re nullus sit: Utrunque enim agnoscitur, Sacramenta ad fidem Promissionis Evangelicæ confirmandam tanquam *Sigilla* addita esse: Utrunque conceditur salutarem fructum rei per externa Symbola, tanquam *Sigilla* seu *Pignora*, obliquatæ ad solos credentes pertinere. In hoc uno Dissensus esse videtur, utrum Aquæ baptismalis adpersio & sacri epuli communio, in Ecclesia Christiana promiscue adhibita, *Sacramentum* dici non possit, nisi illorum tantum respectu, qui fructum inde salutarem percipiunt? Quod Clariss. STAPFERUS asserere videtur. Nostri vero Theologi in *Confessione Helvetica* Cap. XIX. disertis his verbis ita mentem suam explicant: *Integritatem Sacramentorum quoque non æstimamus a conditione sumentium. Agnoscimus enim Sacramentorum integritatem ex fide vel veritate, meraque Bonitate Dei dependere. Sicut enim Verbum Dei manet verum Verbum Dei, quo non tantum verba nuda recitantur dum prædicatur; sed simul a Deo offeruntur res verbis significatæ vel annunciatæ, tametsi impii vel increduli verba audiant & intelligant, rebus tamen significatis non perfruantur; eo quod vera Fide non recipiant: Ita Sacramenta verbo, signis & rebus significatis constantia, manent vera & integra Sacramenta, non tantum significantia res sacras, sed Deo offerente etiam res significatas; tametsi increduli*

res oblatas non percipiant. Fit hoc non dantis aut offerentis Dei vitio, sed hominum sine fide illegitimeque accipientium culpa: quorum incredulitas fidem Dei irritam non facit. Rom. III. Longe vero abest a mente mea, ut Clariss. Stapfero realem aliquem a Confessione Helvetica Dissensum imputare aut crimini vertere velim, ut potius contendam totam hanc Disputationem in meram de verbis contentionem abire.

IV. Litteris Conr. Orellii & Socc. exscriptus est Libellus, qui hujusmodi præfert titulum: *Acht Predigten über verschiedene Texte H. Schrift, gehalten in dem Grossen Münster zu Bern von Joh. Jacob Salchli / Profess. Theologiæ zu Bern. 1752. 8. pl. 25. Sermonum argumenta hæc sunt: 1.) Von dem einzigen Grund unserer Hoffnung und Seligkeit: über Philip. III. 8. 2.) Was da sey ein wahrer Christ seyn: über Act. XXVI. 28. 3.) Was insbesondere ein wahrer Oster-Christ sey: über Galat. V. 24. 4.) Die Tüke des Herzens als Hindernisse im Fortgang des Christenthums: über Jerem. XVII. 9. 5.) Von der Liebe Jesu als dem kräftigsten Beweg-Grund zu seiner Nachfolge: über Epbes. III. 19. 6.) Der seltsame Zustand der Kindern Gottes: über Psalm CXVI. 10. 7.) Von dem Unglauben: über Hebr. III. 12. 8.) Von dem gläsernen Meere mit Feuer vermengt ꝛc. über Apocal. XV. 2. 3. 4.*

BERNA. Prodierunt nuperrime Positiones Ethicæ Doctrinæ moralis Principia exhibentes, quas Fasciculo XVII. de Desperatione & Autocheiria publice proposuit JO. GEORG. ALTMANNUS,
Ling.

Ling. Græc. & Ethices in Acad. Bern. P. O. Defendentibus *Henr. Hunerwadel*, & *J. Jac. Tribolet*, *Philos. Stud.* 1752. 4. pl. 5½.

2. *Disfertatio Critico-Philologica exhibens conciliationem Locorum Matth. XXVII: 48. Marc. XV: 36. & Joh. XIX: 29. quam Præsiede JO. GEORG. ALTMANNO*, *Ling. Græc. & Ethic. Prof. ut & Soc. Reg. Berolin. Sodali* proposuit *Abrah. Rengger*, *Phil. Stud. Auctor. Bernæ.* 1752. 4. pl. 3½.

BASILEA. Hic ex aliquo tempore varii generis prodierunt *Exercitationes Academicæ*: cujusmodi sunt:

1. *Specimen Observationum miscellaneum*, quas Præsiede *V. C. JO. HENR. BRUCKERO*, *Histor. Prof. atque Facult. Phil. p. t. Decano*, ob *Art. Lib. Magistri Gradum rite capeffendum examinandas* proposuit *LUCAS le GRAND*, *Phil. C. Auctor* ad d. 4. Jun. 1751

2. *Disf. de Dolo Defuncti in Hæredem trans-eunte*: quam pro summis in utroque Jure honoribus rite consequendis ad d. 1. Febr. 1752. publice defendit *JO. HENRICUS DAVID*, *Basil.* 4. pl. 2.

3. *Disfertatio inauguralis Juridica de legitimo Quæstionum usu*, quam ad d. 15. Mart. 1751. pro consequendis *Honore & Privilegiis Doctoralibus* in *U. J. publico examini* proposuit *JO. CONR. WIELAND*. *Basil.* 4. pl. 3.

4. *Disfertatio inauguralis Juridica de Decimis præsertim Novalibus*, quam pro consequendis in
U.

U. J. Honoribus & Privilegiis Doctoralibus ad d. 22. Mart. 1751. publice defendit CAROL. CHRISTOPHORUS DUVERNOY, Montisbelgard. 4. pl. 5.

5. Specimen inaugurale Mathematico - Juridicum de Usuris illicitis & interufurio, quod pro summis in U. J. Honoribus ac Privilegiis Doct. rite capeffendis publico examini submitit J. JACOBUS D'ANNONE ad d. 25. Maji. MDCCLI. Basil. 4. pl. 4½.

6. Disfertatio Medica de Cauffis Hæmorrhagiarum Uteri in gravidis, quam pro summis in A. M. Honoribus rite confequendis publico Examini subjecit JO. JACOB. THURNEISEN. Phil. Doct. ad d. 8. Mart. 1751. 4. pl. 1½.

7. Disfertatio inauguralis Medica sistens Morbos circa Tobinium familiares, cum casibus nonnullis & observationibus rarioribus, quam pro summis in Medicina Honoribus & Privilegiis Doct. legitime obtinendis ad d. 28. Maji 1751. publice proposuit SAM. SEELMATTER, Helveto-Tobinienfis Autor. Basil. 4. pl. 5½.

8. Specimen inaugurale Medicum de Rheumatismo, quod pro summis in Medicina Honoribus rite obtinendis publice exposuit RUPERTUS FRID. MOERICOFERUS, Frauenfeld. ad d. 27. Aug. 1751. pl. 2.

9. Disfertatio inauguralis Medica de Infarctu Vasorum Ventriculi, quam pro summis in Medicina Honoribus legitime impetrandis publ. examini submitit Auct. JOH. KÆMPF, Bipontinus-Palat. ad d. 12. Octobris. 1751. 4. pl. 4.

10. Disertatio Philos. de Via Salutis æternæ Deistæ inaccessa, quam publ. Eruditorum Exami- ni gratissima beneficii hujus memoria subjicit ad d. 24. Jan. MDCCLII. JO. MICH. HAUBER, Pastor in Crenzach, Marchionat. Bad. Durlac. 4.

11. Pro vacante Cathedra Anatomico-Botanica Specimina sua proposuerunt sequentes V. C.

a.] JO. JAC. THURNEYSEN, Med. Cand. ad d. 12. Mart. 1751. proposuit Theses Medicas. 4. pl. 1.

b.] ABEL SOCINUS Med. Cand. ad d. 16. Mart. 1751. proposuit Theses Anatomico-Botani- cas. pl. 1.

c.] JAC. CHRISTOPH. RAMSPECK, Phil. & Med. D. Eloq. Prof. O. ad d. 9. Martii repræsen- tavit selectarum Observationum Anatomico Phy- siologicarum Specimen Agnonisticum: Resp. Ju- vene lectiss. *Conr. Schindlero*, Glaron. Med. Cult. Basileæ. 4. pl.

d.] FRIDERICUS ZUINGERUS, Phil. & Med. D. ad Professionem Anatomico-Botanicam rite vocatus, hanc sibi demandatam Provinciam Le- ctione inaugurali de utriusque Scientiæ utilitate & necessitate ad 13. Jul. 1751. auspiciatus est.

Im-Hof Rodolphi Typis & Sumtibus quoque pro- dierunt:

1. Alchymischer Gold-Topff, welcher bereits 200. Jahre vergraben gelegen, nunmehr aber von einem wolmeynenden Freund hervorgezogen und an das Licht gestellet wird, worinn auf das deut-

deutlichste gezeiget, wie die wahre tingirende Tinctur zu verfertigen: Nebst vielen andern kostbaren chymischen und medicinischen Arcanis. Basel. 1751. 8.

Litteris *Thurnisi* prodiit quoque nova Pagi *Basil.* Descriptio, quæ circa *Huningam* minorem versatur: atque *IV. Tab.* æneis ornata est. 8.

Hic quoque *Deckeri* Litteris exscriptus est Libellus sub hac epigraphe: *Historisch-Politischer Discurs von der Klage, daß die alte Eintracht unter den Eydsgenossen durch die Verschiedenheit der Religion aufgehoben worden.* 4. pl. 2½. *Nobiliss.* Auctor *JOANNES FRISIUS, Politices Stud. Turicensis*, hac Tractatione suam in hoc Litterarum genere peritiam & dicendi facultatem haud vulgarem luculenter probavit.

F I N I S.

